

Ermin. §. fin. questione 39. versicula. sed hic quere, im-
probat sententiam quorundam asserentium, exigi
etiam ad hoc vt vagi aliqui dicantur carere domici-
lio originis, satis namque est vt dicantur vagi, si domi-
nicilio habitacionis careant: alias enim necessarium
esset vagorum ciuitatem originis, & oppida funditus
esse eueria: hoc autem raro, aut nunquam contin-
geret his temporibus, vt patet, & sic non essent vagi,
consequens est falsum, igitur & antecedens, vt
præter Iul. Clar. vbi supra. docent etiam Ioann. de
Imol. in cap. dicitur numero 10. de rescripti. & in cap. fin.
numero 15. de eo, qui mittitur in possessi. caus. vt seruand.
& Marian. in cap. fin. numero 57. de for. compet. quos
refert, & Iquitur Thom. Sanch. de matrimo. lib. 3.
disput. 25. num. 1. Vnde

Vagi etiam dicuntur, qui pristinum domicilium
omnino deserentes nauigant, vel iter faciunt. que-
rentes vbi se collocent. vt in d. l. enu. qui manumisi,
§. Celsus, & tenent glossa in cap. secundo, verbo domi-
cilia de sepulch. in 6. expressa l. 22. in versic. el quarto ca-
so es. & ibi Gregor. in verbo, donde morare. tit. 4. par-
tita. 1. Holienf. in Summa de panit. & remissi. §. cui
confitendum, numero 14. versic. quarto cum quis, post
Gofred. ibidem numero 17. Ioan. Andr. in cap. omnis
virique sexus, numero 13. de panit. & remissi. & com-
muniter DD. Nauar. in cap. placuit, numero 75. & 82.
de penitentiis, distinctione 6. Summiæ, & Thologi,
quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 2.
vbi num. 3. magis explicate declarat, & probat. idem
esse vagum etiam dicit. qui derelicto priori domici-
lio iter facit ad locum, in quo domicilium consti-
tuere destinant.

Vagi possunt cuicunque parrocho fateri, vt pa-
tet ex prædicti. l. Regia in versic. el tercero, & est com-
munis sententia Canonistarum, & Theologorum,
vt patet ex Sanchez vbi supra, numero 5. plurimos re-
ferent.

Vagi namque vbique fortiuntur forum, possunt-
que pro delictis alibi commissis puniri iuxta glossa.
in l. heres absens, verbo debeat, ff. de iudic. & ibi Bart.
§. proinde, numero 4. refert plures Duennas in regula
38. limitatione 4. Iulius Clar. in Pract. crimin. §. fin.
questione 39. versic. ceterum. Auendan. secunda parte,
cap. 7. par. num. 7. Decian. in Pract. crim. lib. 4. cap. 13.
num. 5. & alios referens Sanch. vbi supra. est com-
munis. vt plurimos alios citans resoluit Farinatus vbi
supra, d. quasi 7. num. 13. vbi, & in num. sequenti eam
declarat, & temperat.

Imo vagus dum hospitatur in aliqua parochia
obiter, non tenetur præcise in ea recipere sacrame-
ta sed potest fateri cuilibet curato diocesis, vt cum
Ricard. Palud Anton. Caiet. Turrecrem. Tabiena,
Victoria, Nauar. Ledesma, & aliis probat. & tenet
Sanch. vbi supra, num. 7. & probatur in d. l. 22. in ver-
sic. el tercero es, quando anda de vna tierra en otra, non
auendo voluntad de fissgar en un lugar. ca estonce pue-
de confessar con qualquier Clerigo que sea: solo que aya
poder de confessar e de dar penitencia.

Quoad secundum obseruandum est primo ex de-
creto Concilij Trident. vbi supra. quod parochus
non potest matrimonio vagorum interesse, nisi di-
ligenti inquisitione præmissa, & obtenta Ordinarij
licentia.

Idem est in alienigenis alibi habentibus fixum
domicilium. ad horum namque matrimonium, vbi
fixam sedem non habent, celebrandum eadem dili-
genti inquisitione, Ordinarijque licentia necessaria est,
licet enim de his non loquatur Concil. vbi supra,
eadem militat ratio in vtrisque, quia cum ignoti
sunt, possunt alibi matrimonium contraxisse, quod
est ratio d. decreti, ac proinde ratio expressa in eo

vtrisque comprehendit: tum etiam, quia olim vsus
obtinuerat ne forenses ignoti matrimonio copula-
rentur absque literis testimonialibus sui Episcopi.
vt referunt Abb. antiquus, Ioan. Andr. numero 5. ad
fin. Abb. Panorm. numero 7. ad fin. in cap. fin. de clan-
dest. desponsat. idem Ioan. Andr. in cap. fin. numero 2.
de eo, qui dux, in matrim. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 3. in
glossa, en la Iglesia in fin. particula 4. & in terminis ita te-
nent D. Segur. Daual. in suo Direct. Iudic. Ecclesiast.
secunda parte, cap. 16. numero 18. in fin. Manuel Rodrig.
in prima parte sue Summe, in secunda editione, cap. 209.
numero 3. & Thomas Sanchez d. lib. 3. disput. 35. nume-
ro 8. & ita in praxi vidi sapissime obseruari, & obser-
uauit: nisi forensis ea ætate in locum contractus ad-
uenerit, qua minime poterat alibi matrimonium
inire, vt etiam obseruauimus, & in praxi obserua-
tum vidimus, & in terminis tenent etiam Segur, &
Sanch. vbi supra.

Procedit etiam dispositio conciliaris supradicti.
quando alter solus ex contrahentibus vagus, aut fo-
rensis est, vt quando alter vagus est, tenet Veracru-
m in Appendic. ad Specul. Coniug. §. attendendum videtur,
& in vago, & forensi loquens Thomas Sanchez vbi
supra, numero 9. vbi numero 10. quod Ordinarius in
proposito, cuius licentia petenda est. erit Episcopus,
vel eius Vicarius Generalis, & quod idem dicendum
erit de Vicariis aliorum Prælatorum habentium iur-
isdic. quasi Episcopalem.

Limitatur decisio Concilij Trident. vbi supra de 9
vagus loquens, vt intelligatur de propriis vagis, &
sic de his, qui vagantur, & incertas habent sedes:
secus vero de illis, qui de certa parochia, intra eadem
oppidum vel ciuitatem mutantur, dum ad aliam
parochiam translati non sunt, sed ad breue tempus
alicubi hospitantur, quia de his non loquitur Con-
cilium, quia non sunt vere vagantes, & incertas ha-
bentes sedes, & prætere in illo oppido noti sunt,
quare præmissis denunciationibus in parochia,
vbi diutius habitantur, possunt absque licentia Or-
dinarij à proprio parrocho matrimonio coniungi, vt
recte distinxit Sanchez vbi supra, num. 9. post medium,
versic. intellige.

Parochus autem vagorum ad assensum eorum
matrimonij erit quecumque parochus, sicut ad audi-
endas eorum confessiones diximus: & quia non est
maior ratio vnius parochi, quam alij, & in terminis
ita tenet Enriquez lib. 11. de matrimo. cap. 3. numero
3. is namque parochus debet eorum matrimonio as-
sistere, à quo, si vellent, deberent sacramenta reci-
pere, sed possunt à quolibet parrocho: ergo & quilibet
parochus potest matrimonio eorum assistere,
ita tenent Petr. de Ledesma de matrimonio, questione
45. artic. 5. punto 3. post dubium quartum, §. dico tertio,
fol. 193. Manuel Rodriguez vbi supra, numero 3. dicens
sic à Cardinalibus fuisse declaratum. Bartholom. à
Ledesma de matrimo. dubio 21. fol. 133a. §. auerare
oportet, Vega lib. 3. Summa casu 225. quos sequitur
Sanch. vbi supra, num. 11. vbi

Idem probat contra Bartholomæum à Ledesma, &
Vegam vbi supra etiam in fraudem proprii sacer-
dotis vagi dereliquissent domicilium, quia non est
fraus dum quis vitetur iure suo quare si vere, domici-
lio relicto, quamuis in fraudem proprii parochi,
facti esset vagi, possent eorum quouis parrocho ma-
trimon. inire, sicut mutantur parochiam in fraudem
parochi possunt matrimonio copulari à parrocho no-
uz parochie: hæc autem opinio Sanchez vera est,
& tunc recte procedit, cum domicilium vel pa-
rochia vere relinquunt, hoc est cum animo non
reuertendi ad illud vel ad illam, sed vagabundi, &
permanendi in noua parochia, licet in fraudem, vel
odium

odium proprii parochi, quod casu loquitur Sanchez
& bene vbi supra, secus vero esset si domicilium,
vel prior parochia non vere, nec ex animo relin-
queretur, sed in fraudem, animo nempe statim con-
tracto alibi matrimonio reuertendi ad præd. suum
domicilium, vel priorem parochiam, tunc namque
& in hac specie recte procedit limitatio Ledesmae &
Veg. qui præd. vagatio, & mutatio parochie plena
est fraude, affectata, & procurata ad finem tantum
contrahendi alibi matrimonium, & sic nihil eis pro-
dest tanquam facta in fraudem Concilij.

Si tamen alicubi esset confessor pro vagis deputatus,
ille deberet eorum matrimon. interesse, quia is
esset solus illorum proprius sacerdos in eo loco, vt
cum Spino de testam. glossa, 15. num. 13. probat Sanchez
vbi supra, num. 12. hoc verum intelligens, quando ex
privilegio Pontificis ille esset deputatus pro vagis,
vt nullus alius possit.

Idem quod de vagis dicendum est de illo, qui pri-
mario domicilium omnino deserens iter agit, aut
nauigat animo acquirendi nouum domicilium, dum
nondum acquisitum incipiens habitare, possit nam-
que coram quocunque parrocho contrahere mat-
rimonium, iuxta formam d. decreti, Concil. quia va-
gus est, & nulli subditus, vt probauimus, vt bene
contra Henriquez docet Thomas Sanchez num. 13.
vbi numero 14. idem probat, si alter sit vagus, alter
vero incola, nempe, posse quemlibet parochum eos
matrimonio coniungere contra Petr. de Ledesma
de matrim. questione 45. artic. 3. circa tertium pontificis,
post quartum dubium, fol. 193. column. 1. §. dico tertio, si al-
ter est vagus asserentem, quod si alter tantum vagus sit,
requiritur presentia proprii parochi, cuius opi-
nio securior est.

Ceterum contraria Sanchez in puncto inis ve-
rior, & pro matrimonij fauore tenenda: relictus ta-
men idem Petr. de Ledesma vbi supra tenuit, quod
sicut quilibet parochus, cui vagi se subiecit vel-
lent, possent eos matrimonio coniungere, ita pos-
set dare licentiam alij sacerdoti eius contingendi,
& in hoc eum sequitur Sanchez vbi supra, nume-
ro 15.

Vltimo obseruandum erit in proposito, quod licet
parochus, vel alius sacerdos cum ipsius licentia,
qui vagos non seruat decreto Concil. Trident. vbi
supra, matrimonio coniungitur, nempe non præmis-
sa debita diligentia, & licentia Ordinarij peccet
mortaliter, secundum Petr. de Ledesma vbi supra, §.
dico secundo, versic. hinc sequitur, & alij vt probat San-
chez vbi supra, numero 16. valebit tamen mat-
rimonium vagorum contractum coram parrocho, non præ-
missa dicta diligentia, nec Ordinarij licentia petita,
quia pro matrimonij essentia tantum desideratur
presentia parochi, & duorum testium, vt in cap. pri-
mo eiusdem decreti Concil. Trident. de reformatione
matrimon. Deinde, quia ad eundem finem exigitur
hæc diligentia pro vagis in d. cap. 7. ad quem d. cap. 7.
requiritur pro indigenis, denunciationes, sed his
omissis valet matrimonium: ergo & ommissa dili-
gentia de qua in d. cap. 7.

Tandem, quia d. cap. 7. non prohibet absolute
matrimonium absque præd. licentia, sed præcipit
parochis, vt diligentiam præmittant, licentiamque
petant, ergo eius ommissio culpa erit, non tamen vi-
tiant matrimonium, ita & merito tenent, & do-
cent Veracru. in Appendic. ad Specul. Coniug. fol. 86. §.
est considerari dignum, Enriquez dicens hæc declara-
tum esse à Cardinalibus lib. 11. de matrimo. cap. 3. nu-
mero 2. Petr. de Ledesma vbi supra, d. fol. 193. in §. dico
tertio. Albornoz de contract. lib. 4. titulo primo, Tho-
mas Sanchez d. lib. 3. dispensatione 25. numero 17. vbi

idem probat si alius sacerdos solius parochi licentia
obtentâ inter sit matrimonio, quia licet peccet,
ualebit matrimonium.

CAPITVLVM LXVI.

Ordinarij qui dicantur ad assistendum valide ma-
trimonio.

SUMMARIVM.

1. Archiepiscopus, & Episcopus in sua diocesi non dubium est, quin valde possint assistere matrimonio subditorum, dare que licentiam assistendi.
2. Archiepiscopus nequit assistere matrimonio subditorum suffraganei, quia non est Ordinarius ipsorum, nisi in casibus appellationis, & in aliis casibus specialibus, & numero 3. & 4. vbi quomodo hoc intelligatur.
3. Capitulum Ecclesie Cathedralis sede vacante potest assistere matrimonio, vel alij sacerdoti licentiam dare assistendi.
4. Abbas Ecclesie nulli Episcopo subiecta potest matrimonio interesse, & alij assistendi licentiam concedere.
5. Habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt assistere matrimonio, & licentiam ad id concedere alij sacerdoti.
6. Episcopus non potest coniungere matrimonio subditos Abbatum, vel aliorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem.
7. Cardinales in Ecclesia sui tituli habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & ideo possunt assistere matrimonio, & licentiam concedere assistendi.
8. Legatus potest assistere matrimonio in provincia sua legationis, quia est Ordinarius in illa.
9. Legatus dicitur proprius sacerdos ad audiendas confessiones.
10. Vicarius generalis Episcopi, seu Archiepiscopi in sua diocesi est Ordinarius, ordinarijque iurisdictionem habet.
11. Vicarius Capituli sede vacante habet iurisdictionem ordinariam.
12. Ordinarij mentio quousque in Decreto, nisi subiecta materia aliud possit, intelligitur non tantum de Episcopo, sed etiam de omnibus habentibus iurisdictionem ordinariam.
13. Vicarij habentium iurisdictionem Archiepiscopalem sunt Ordinarij, & nomine Ordinarij comprehenduntur, secus est in Vicario foraneo, nisi specialiter commissum ad id habeat, vel cognouerit causarum matrimonialium ab Episcopo delegatum, & num. 16. & 17.
14. Parochi delegati quos Episcopi constituunt, & ad nuntium ipsorum amoueri possunt, & vicariatus à parochis proprietariis inhiunt, an possint alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere, quia sunt Ordinarij, & parochi superiores.
15. Matrimonium contractum coram parrocho subiecto, vel excommunicato, & subiecto est valdum.

DE Archiepiscopo, & Episcopo in sua diocesi
nullum dubium est, quod possint valde as-
sistere matrimonio subditorum, alique sa-
cerdoti licentiam assistendi concedere, quia sunt
Ordinarij, & parochi superiores.
At Archiepiscopus nequit assistere matrimonio
subditorum suffraganei, quia non est Ordinarius
ipsorum, nisi in casibus ad ipsum deuolutis per ap-
pellationem, & in aliis casibus specialibus, iuxta
text. in cap. Pastoralis in principio, & ibi communiter
DD. de officio Ordin. & in terminis ita tenent Spino

de Testamentis, gloss. 15. num. 39. & 40. Segur. in suo Di- reit. Iudic. Eccles. secunda parte, cap. 15. num. 50. Petr. de Ledesma de matrimonio, quest. 45. artic. 5. punct. 3. paulo ante dub. 4. Manuel Rodrig. in sua Summa primo tom. in 2. editione, cap. 219. num. 16. Thom. Sanchez de ma- trim. lib. 3. disput. 28. num. 3.

3 Episcopo tamen nolente aliquos matrimonio coniungere, causaque per appellationem ad Archie- piscopum delata poterit hic causa cognita assiste- re. vel dare licentiam tuicunque sacerdoti assis- tendi matrimonio, vt patet ex supradictis, & tenent Spino, Segur. Manuel numero 3. & Sanch. num. 4. supra citat. vbi hoc verum intelligit quando sen- tentia Archiepiscopi transisset in rem iudicatam, alias secus.

4 Aliud tamen esset in Episcopo, vel Archiepisco- po in sua diocesi, quia si aliquos lite mota vellet ma- trimonio coniungere, quamuis pars aduersa appel- laret, si de facto conuinceret. aut alter sacerdos de eius licentia, valeret matrimonium, quia est pastor Ordinarius, & licet per appellationem eius iurisdi- ctio suspendatur, attamen cum maneat verus pas- tor, & Ordinarius, & non sit actus iurisdictionis as- sistere matrimonio. aut dare licentiam alii sacerdo- ti assistendi, valebit matrimonium: Archiepiscopus vero in diocesi suffraganei nulla ratione est Ordinaris, sed tantum sortitur iurisdictionem ob ap- pellationem, atque ita debet esse iurisdictione iuxta na- turam sententiae, quae est, vt nihil proflus operetur donec transeat in rem iudicatam.

5 Similiter Capitulum Ecclesiae Cathedralis sede vacante potest assistere matrimonio, vel alii sacerdo- ti licentiam dare, quia succedit in omni iurisdictione ordinaria Episcopi, vt in iure est verissimum, & notissimum & communiter praedicatur.

6 Abbas Ecclesiae nulli Episcopo subiecta potest matrimonio interesse, & alij assistendi licentiam concedere, quia est Ordinarius, & habet iurisdictionem quasi Episcopalem, vt notant DD. in cap. Iuan- nes, & Couar. num. 1. de rebus, & in terminis ita tenent Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 4. Ma- nuel Rodrig. vbi supra, num. 15. Petrus de Ledesma de matrimonio, quest. 45. artic. 5. punct. 3. paulo ante dubium 4. folio 192. conclus. 3.

7 Quinimo omnes habentes iurisdictionem quasi Episcopalem hoc possunt facere, vt tenet Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, titulo de clandest. desponsat. consil. 1. & in 2. editione, titulo de clandest. desponsat. consil. 14. numero 1. sequitur vtrumque Sanchez vbi supra, numero 6.

8 Vbi quod non possit Episcopus coniungere ma- trimonio subditos horum Abbatum, vel aliorum habentium iurisdic. quasi Episcopalem in Ecclesia nulli Episcopo subiecta, sicut nec potest confessores exponere pro illis, vt docet Syluest. in Summa, verbo confessor. 2. quest. 7.

9 Cardinales etiam in Ecclesiis sui tituli, quia habent in eis iurisdictionem quasi Episcopalem per text. in cap. his, quae, cum ibi notatis de maior. & obed. possunt hoc facere, vt tenent Nauar. Enriquez, Ma- nuel, & Sanch. num. 7. vbi supra.

10 Legatus quoque idem potest in provincia suae legationis, quia est Ordinarius in illa, vt cap. secun- do de officio legat. lib. 6. & potest in provincia sibi com- missa omnia, quae Episcopus in sua diocesi, vt do- cuimus post alios lib. 1. Canonico, questionum, cap. 11. nu- mero 6. & post nos alios plures allegans Sanch. vbi supra, numero 8.

11 Et praeterea, quia dicitur proprius sacerdos ad audiendas confessiones, vt tradunt communiter DD. in c. omni vtriusque sexus de panit. & remiss. dixi-

mus d. lib. 1. Canon, questionum, cap. 27. numero 24. & Sanchez vbi supra vbi ex supradictis hanc opinionem in propriis terminis legati, quod possit assistere ma- trimonio incolarum provinciae suae legationis, & alij sacerdoti licentiam ad id concedere, tenet, & probat non solum in legato a latere, vt tenebat En- riquez d. lib. 11. cap. 3. numero 4. sed etiam in aliis le- gatis Pontificis, vt praesunt alicui provinciae, quia sunt Ordinarij iuxta gloss. in cap. 2. de officio legat. in d. in princip. & ibi Philip. Francus.

Vicarius Generalis Episcopi, seu Archiepiscopi in sua diocesi est Ordinarius, ordinariamque iuris- dictionem habet, iuxta gloss. in cap. 2. de officio Vic. lib. 6. verb. officialem, & in l. fin. verbo Reitorum. C. de officio eius qui vicem, &c. congerit plurimos aduer- sus nonnullos alios tenentes Thomas Sanchez lib. 3. de matrim. disputat. 29. numero 3. ex quibus procul- dubio constat affirmativam praedict. sententiam esse communem, & numero 4.

Idem probat in Vicario Capituli sede vacante.

Quod fit vt quoties in aliquo decreto mentio fit Ordinarij, nisi subiecta materia aliud poscat intel- ligi non tantum debere de Episcopo, sed etiam de omnibus habentibus iuris. ordinariam, quia omnes illi Ordinarij sunt iuxta gloss. in cap. Ordinarij, verbo locorum, de officio Ordin. in 6. diximus lib. 1. Canon. que- stionum, cap. 19. numero 15. versic. nihilominus. vbi quod nomine Ordinarij comprehenditur Vicarius Episcopi cum vere Ordinarius sit, quod tenent etiam Nauar. Flam. Paris. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. d. disputat. 29. numero 3. addens, quod quoties in Concilio Tridentino Ordinarij mentio fit comprehenditur Vicarius Episcopi, & Capituli se- de vacante, vnde proculdubio poterit hic matrimo- nio assistere, & assistendi licentiam concedere alij sacerdoti, cum hoc det Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimon. Ordinario, & ita communiter in praxi observatur, & in terminis ita tenent Zalzed. in pract. crimin. cap. 33. versic. decimo quarto. Segura in Direct. Iudic. Eccles. secunda parte, cap. 15. numero 46. & cap. 11. numero 2. Spino in suo Specul. testament. glossa 15. numero 3. Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, in titulo de sponsal. consil. 47. numero 2. in secunda vero editione titulo clandest. desponsal. consil. 14. numero 1. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. nu- mero 2. nos lib. 1. Canon. questionum cap. 19. numero 15. cum sequentibus.

Et nouissime Sanchez d. disputat. 29. numero 12. vbi numero 19. idem dicendum esse asserit de Vicariis habentibus iurisdictionem Archiepiscopalem, quia sunt Ordinarij, & nomine Ordinarij compre- henduntur.

Secus est in Vicario foraneo, vt praediximus vbi supra, numero fin. nisi speciale commissionem ad id habeat, vel cognitionem causarum matrimonialium ab Episcopo delegatam, vt tenet Segura vbi su- pra, & cum eo Sanch. vbi supra, numero 20.

Superiora comprobantur ex veriori, & recentiori sententia Doctorum, quae habet posse Vicarium Generalem Episcopi ex officio audire con- fessiones, & alios etiam eas audiendi concedere in tota diocesi, quia comprehenditur nomine proprii sacerdotis, de quo in cap. omnis vtriusque sexus de panit. & remiss. vt latissime plurimos refertur ita tenentes contra alios comprobant Thomas Sanchez d. lib. 3. disputat. 29. numero 15. vbi num. 16. respon- det fundamentis contrariae sententiae ab ipso adducis supra numero 14.

An autem parochi delegati, quos Episcopi con- stituunt, & ad nutum ipsius amoueri possunt, & vicecurati a parochis proprietariis institui possint alteri

alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere, agit late per conclusiones Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 31. per totam.

19 Matrimonium autem contractum coram paro- cho suspensio, vel excommunicatio, & testibus vali- dum esse probant Nauar. consil. 91. de sponsal. lib. 4. & Ledesma de matrimonio, questione 45. articulo 3. in ter- tio dubio, versiculo ultimo sequitur, folio 192. columnat. in fin. & Zeuall. Practic. questionum, questione 604. nu- mero 65. fol. 161. col. 1.

CAPITVLVM LXVII.

An prohibitio Episcopi, vel constitutionis Synoda- lis, ne parochus, vel delegatus ad vniuersam cura- ram parochiae tali matrimonio assistat, nec det licentiam alij assistendi, nisi sacerdotibus appro- batis ab Episcopo, annullat matrimonium aliter celebratum.

SVM MARIVM.

- 1 Matrimonium celebratum contra interdictum Epi- scopi, vel constitutionis Synodalis validum est, nisi adiciatur decretum irritans in tali prohibitione, & numeris sequentibus.
2 Matrimonium celebratum a parcho inter vagas absque praeuia diligentia, de qua in Sancto Concilio Tridentino de hie loquentur, est validum.
3 Matrimonium contractum contra interdictum Ec- clesiae est validum.
4 Licentia data a parcho ad assistendum matrimonio contra formam constitutionis Synodalis non adji- cendio decretum irritans est valida.

Hec questio seclusa disputatone ita resol- uenda est, nempe:

M Atrimonium contractum coram paro- cho proprietario, vel delegato ad vniuersam curam parochiae, vel de eius licen- tia coram alio sacerdote, validum est, quamuis Episcopus iusserit, ne tali matrimonio as- sistat, aut per se, vel constitutionem Synodalem in- terdixit dare licentiam assistendi, nisi sacerdoti- bus approbatis ab Episcopo, & is, cui danda est licen- tia, non sit ex approbatis: nisi Episcopus, aut consti- tutio Synodalis expresse addiderit decretum irri- tans aliter gesta; quod primo probatur ex decreto Sacri Concilij Trident. sessione 24. cap. 1. de matrimo- nijs, ibi, qui aliter quam praesenti parcho, vel alio sacer- dote de ipsius parochiae licentia, &c. ergo Episcopus nec constitutio Synodalis contrarium praecipere, aut statuere potest.

2 Secundo ex cap. 7. eiusdem sessionis dum praecipit parochis ne interfint vagorum matrimon. nisi praemi- ssa diligenti informatione. & licentia Episcopi, & tamen si parochus his minime seruat interit eor- um matrimonium est validum, vt supra probauimus cap. de matrimonio vagorum, numero 15. & cum alijs tenent Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputat. 25. numero 17. idem probans cum Petr. de Ledesma si alius sacerdos solus parochi licentia obtenta inter- fit tali matrimonio, quia licet peccet, vt dixerat nu- mero 16. praecedenti ex sententia aliorum, quos ibi re- fert, valebit matrimonium eadem ratione: ergo a fortiori erit validum matrimonium celebratum a parcho, vel ab alio sacerdote de eius licentia con- tra prohibitionem Episcopi vel constitutionis Sy- nodalis.

Tertio probatur ex decisione text. in cap. 2. de ma- trim. contrari. contra interdict. Ecclesiae, ibi, licet enim contra interdictum Ecclesiae ad secunda vota transire non debuerit, non tamen est conueniens, vt ob id solum sacramentum coniugij dissoluitur, probatur esse speciale in matrimonio id irritum non reddi ex interdicto, vel prohibitione simplici Ecclesiae, vt no- tat Decius in cap. 2. de testib. numero 17. in versiculo, se- cundum si temporali, sit, & Rota nouissimorum decisione 750. num. 3. volum. 1.

Et in terminis ita esse declaratum ab illustrissi- mis Cardinalibus, qui rogati an validum esset ma- trimonium, cui interfuit parochus non proprietarius, sed annuus ad Episcopi nurum amouibilibi contra mandatum Episcopi ne quosdam desponsaret: responderunt esse validum: referunt, & sequuntur Ignat. Salzed. in pract. crimin. cap. 73. S. primum igitur dubium, folio 236. columna 1. & sequens Petr. de Ledesma de matrimo. questione 45. articulo 3. puncto 3. dubio 2. folio 190. S. primum dubium. Manuel Rodriguez in primo tom. sua Summa in secunda editione, cap. 219. numero 4. & Zeuall. in Practic. questionibus, quest. 604. nu- mero 71. folio 161. & numero 72. Thom. Sanchez d. lib. 3. disput. 32. numero 2.

Et validam esse licentiam datam a parcho assi- stendi matrimonio contra formam Synodi precipi- entis, ne daretur, nisi adhibito notario, & tribus testibus, eo quod Synodus non addiderit clausulam annullatiam, decidit Rota nouissim. praed. 750. nu- mero 4. lib. 1. ex quibus, & alijs suprad. resolutionem omnimodam probat in terminis Sanchez vbi supra, d. numero 2. per totum, qui numero 3. respondit argu- mentis contrariis.

CAPITVLVM LXVIII.

An Vicarius generalis Episcopi possit interesse ma- trimonio contrahendo, & alij sacerdoti licen- tiam assistendi concedere?

SVM MARIVM.

- 1 Vicarius Generalis Episcopi an possit interesse matri- monio, & alij clerico concedere licentiam assistendi, & num. sequentibus.
2 Vicarius Generalis Episcopi non est proprius sacerdos, & audiendus confessiones nec facultatem alij ad id concedendam, nisi ex specialiter constituto, sed contrarium est verum, & receptum, vt in num. 9.
3 Vicarius Generalis non potest de causis matrimonialibus cognoscere, sed contrarium est verum, & recep- tum, vt in num. 8.
4 Matrimoniales causa an possint delegari?
5 Vicarius Generalis, seu vices alicuius gerens omnia potest, quae ei, cuius vices gerit.
6 Vicarius Generalis Episcopi est Ordinarius, ordinari- amque iurisdictionem gerit, idemque est in alijs Vicariis generalibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, vt in num. 10. idem est in Vicariis generalibus Ordinum Militarium in suis Vi- cariatu, vt in num. 11.
7 Vicarius foraneus non potest assistere matrimonio, ne- que alij clerico ad id licentiam concedere, nisi habeat cognitionem causarum matrimonialium ab Episcopo delegatam.
8 Inferiores, & foraneus non possunt, nec solent licentiam concedere ad contrahendum matrimo- nium absque praeuia monitionibus.
9 Vicarius Generalis Episcopi, vel Archiepiscopi, cessante sua potestate, an possit assistere matrimo- nio, &c.

alium nomine eius, vt per eius procuratorem, vel nuncium ab ipso ad id destinatum, vt cum Boer. *vbi supra*, num. 14. *vsque ad num. 18.* Rebus, *in praxi benef.* titulo de firm. Vicariis, num. 212. & Ant. Cuch. lib. 2. in *ff. de ma. titulos*, num. 147. probat pro veteri Sanch. *d. disp. 30.* num. 13. aduersus alios plures, quos numero precedenti citauerat, allentes satis esse quatenusque notitiam reuocationis in vicario, vt si si de dignis casu nouit reuocationem, certiorumque de ea fecerit Vicarium; sed mea sententia hoc non sufficit, nisi quod praediximus cum Boerio, & ceteris eius sequacibus, siue loquamur in reuocatione Vicarij, vel delegati, vt quoque voluit Sanch. *d. disputacione 30.* in fine.

De curis autem, qui subduntur alicui parochi proprietario, an possint dare licentiam alij sacerdoti, vt assistat matrimonio contrahendo, late agit notissime Zambran. Hispalen. in *suas. Ant. de decisionibus*, ca. 7. de matrim. dubio 1. per totum, qui est videndus.

CAPITVLVM LXIX.

De presentia parochi, & ipsius officio, & testium cum matrimonio assistunt.

SVM MARI VM.

1. Matrimonium iuxta Sanctum Concil. Trident. ad hoc vt valeat celebrari debet coram parochi, & testibus, & qualis debent esse ista presentia parochi, numero 2. & 4.
2. Parochi verba coram quo celebratur matrimonium non sunt de essentia ipsius, & numero 16. an peccet parochus venialiter ea omittens.
3. Consensus contrahentium coram parochi, & testibus matrimonium, sufficit quod intelligatur per interpretationem quando contrahentes sunt diuersi idiomata.
4. Matrimonium contrahi potest per procuratorem, ad id speciale mandatum habentem coram parochi & testibus.
5. Matrimonium celebratum coram parochi ad id accedente, distrahente tamen mente tempore contrahentium, ad id admissi testes, an valeat?
6. Matrimonium coram parochi, & testibus celebratum eo non intelligente consensum non valet, nisi affectaret non intelligere occultando aures, & oculos? & numero 9. quomodo hoc intelligatur.
7. Matrimonium coram parochi, & testibus videtur an valeat.
8. Matrimonium coram parochi, & testibus celebratum & consensum intelligentibus valet, quamuis ad aliud sine dolo vocati, idem est si coram ipsis casu transeuntibus matrimonium celebratur, si consensum intelligent, vt in num. 12. & num. 13. an tunc peccet parochus, & testes.
9. Licentia concessa a proprio sacerdote alteri metu cadenti in constantem virum, an sit valida, & numero 15. quando praed. licentia est impetrata dolo, & mendacia.
10. Parochus assistens matrimonio an possit verba proferre per interpretem coram testibus.
11. Acrofasium Concil. Trid. *ss. 24. de matrim.* in Decret. de reform. praecipit, vt parochus, vel alius sacerdos de ipsius parochi, vel Ordinarij licentia, & duo, vel tres testes assistant matrimonio celebrando, & aliter celebratum contractum irrita, & annullat. Plura autem sunt hic explicanda circa verum intellectum huius Decreti sub correctione Sacrosanctae Matris Ecclesiae, cui omnia subijcio.

In primis obseruandum est, praesentiam hanc parochi, & testium ad valorem matrimonij, non tantum corpoream, sed etiam moralem, & humanam, requiri, que ultra physicam, hoc est, corporealem, praesentiam, addit vltim rationis, & aduertentiam: exigit ergo vt parochus, & testes vltim rationis habeant, & intelligant consensum vtriusque contrahentis: quare si essent ebrii, vel dormientes, vel non aduerterent, vel testes essent infantes, non valeret matrimonium, quod primo probatur ex *l. coram Titio 209. ff. de verb. sign.* coram Titio (inquit) aliquid facere iustus, non videtur praesente eo fecisse, nisi si intelligat: itaque si furiosus sit, aut infans, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse: quem tex. & alia iura loquentia de praesentia persona, intelligit ibi Rebus. *in verb. 8. intelligi. fil. 923.* vt si in actu conficiendo requiritur personae praesentia, non intelligitur quis praesens, nisi intelligat, idem comprobatur plures citans Fel. in *procurat. Decret. statim in pra. num. 21. cum sequentibus*, cum igitur Concil. Trid. in loco praecitato ad valorem matrimonij, requiratur praesentiam parochi, vel alterius sacerdotis de ipsius parochi, seu Ordinarij licentia duorum, vel trium testium cum clausula Decreti irritantis, intelligi debet iuxta iuris communis dispositionem, scilicet, de praesentia more humano, hoc est cum intelligentia, & aduertentia adus, qui celebratur. Praesentiam cum ideo per Concil. Trid. requiritur praesentia parochi, & testium, vt constet Ecclesiae de matrimonio contracto, & de eo testificari possint, ne viuentis prima vxore aliquis possit ducere secundam, eo quod matrimonium non constabit Ecclesiae, vt patet ex prooimio eiusdem Decreti, sed vbi praesentia non est mortalis, & humana, testificari nequeunt: ergo, &c.

Secundo eadem tenenda sententia comprobatur ex verbis clari praecedentibus eiusdem cap. Concilij, illis videlicet: parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: ego vos in matrimonium coniungo, vel alius verbi vtiur iuxta receptum vniusvique Prouinciae ritum requiritur praesentia cum aduertentia & intelligentia.

Neque obstat si contra hoc tam evidens fundamentum dixerit, verba haec Concilij modo relata non esse de essentia matrimonij, quia sacerdos non est minister huius sacramenti, nec forma, vt late probauit Thom. Sanch. lib. 2. de matrim. *disp. 5. num. 6. & disp. 6. num. 2.* & quia Concilium in clausula irritantis, de qua nunc agimus, in hoc ca. tantum expressit, qui aliter, quam praesente parochi, &c. Nec explicat, dicente verba & est correctorium: ergo non est extendendum, & ita in terminis, quod praed. verba non sint de essentia matrimonij, quare licet omitterentur validum est matrimonium: docent quamplurimi Auctores, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 3. de matrim. *disp. 38. num. 4.* & Zevall. in *suo Practico. quest. lib. 2. quest. 604. num. 13. fol. 179. ad fin. & in Princ. sequentibus*, & declaratio Concilij Illust. Card. Card. ita censuit die 6. Ianuarij 1582. in hac verba,

Non pertinere ad substantiam matrimonij, vt parochus aliqua verba praestet, ideoque valet matrimonium, quamuis verba exprimentia consensum prolata sint a contrahentibus tantum: dummodo parochus adhibitis contrahentibus sit praesens, & intelligat id, quod agitur, licet dissentiat, & contradicat, parochum vero intelligi adhibitis etiam si ex alia causa vocatus sit, dummodo ad illum alium adhibeatur.

De parochi autem qui omisit tribus denunciationibus sine Ordinarij licentia aliquos desponsauerit, an matrimonium teneat. Congregatio consensu matrimonium quidem valere, sed parochum ab Ordinarij puniri posse. Quam refert *Addis. Practico. Bernard. Diaz. cap. 73. fol. 236.* Ergo

Ergo cum praed. verba non requirant ad substantiam valoris matrimonij, sed tantum simplex praesentia parochi, & testium ad hoc vt matrimonium sit validum, non potest ex illis verbis sumi tam efficax fundamentum ad probandum, requiri, iuxta Concilium, praesentiam moralem parochi, & testium, hoc est cum intelligentia adus, qui celebratur, siquidem postea Concilium tantum requirit praesentiam parochi, & testium simpliciter. Respondemus namque quod est praed. verba parochi ad substantiam valoris matrimonij non requirantur, prout vere non requiruntur per supra. non tamen sustulit Concilium in verbis sequentibus, qui aliter quam praesente parochi, &c. quod praedixerat de praesentia parochi intelligentis consensum vtriusque contrahentis, sed tantum verba cum de eadem praesentia loquatur in verbulo, qui aliter, &c. De qua supra paulo antequam loquuntur fuerat.

Quare hanc nostram primam obseruationem in terminis recte tenet M. Anton. Cuch. lib. quinto, *Instit. Ma. titulo 11. num. 39. & 60.* ex hoc addens, quod qui doli capaces non sunt, vt impuberes, vel, qui mentis non sunt compositi, vt furiosi, mente capti, & amentes frustra testes matrimonium inuendo aduocarentur, & ante eum Alphon. a Verac. in *Appendice ad Specul. consug. dubio quinto, conclusio 4. & dubio sexto, conclusio quinta.* vbi quod praed. praesentia parochi, & testium non quacunque sufficit, sed humana, debet esse moralis, ita vt si parochus, vel testis assistens matrimonio esset dormiens vel ebrius, vel vigilans, sed penitus non attendens ad contractum, neque ad contrahentes, & ad expressionem consensu, talis assistentia non sufficeret, neque diceretur assistere, & sic matrimonium esset irritum, & nullum: eandem sententiam recte probat, & tenet Petrus de Ledefina de matrimonio, *questio 43. articulo quinto, puncto 3. dubio 2. fil. 181. in versic. in cum expositione*, vbi etiam, quod non sufficit praesentia physica, quae dicitur, quando adfuit corporaliter, secundum suam naturalem substantiam, siue aduertant, siue non, siue habeant vltim rationis, siue non: eandem partem sequuntur Spino in *suo Specul. Test. gloss. 15. n. 47. & 48.* Enriquez lib. 10. de matrim. *cap. 3. numero 1. & 9.* Rodrig. in *suu summa primo tom. in secunda editione, c. 210. num. 11. & 18.* Vega lib. 6. *Summa, casu 114. cum sequenti*, & Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, *disputacione 39. numero primo, & disputacione 41. numero 2. & d. disputat. 36. numero secundo*, sufficere affirmat cum Verac. & Henriquez, si parochus, & testes aliquo sensu percipiant consensum contrahentium vt si non audiant verba videant tamen signa mutui consensu facit declaratio Cardinal. supra relata in illis verbis: dummodo, &c.

Ex quibus primo inferitur sufficere etiam quod parochus, & testes intelligant mutuum consensum contrahentium per interpretem puta si contrahentes sint distincti idiomatis, siquidem fat erit, quod ipsi inter contrahentes alter alteri explicet consensum per interpretem iuxta gloss. in *cap. ex literis. el primero de spons. verbo intellexerit.* & ibi DD. Couar. in *quarto Decret. secunda parte cap. 4. §. 1. numero 3.* Thom. Sanch. *vbi supra. sub numero 3.* ergo similiter sufficere, vt constet parochi, & testibus de mutuo consensu per interpretem: quia magis essentialia est, vt ipsi contrahentes consensum mutuum intelligant, cum hoc sit de iure naturae, & diuino ab initio requisitum in matrimonio, & praeterea, quia ceteri contraeus possunt per interpretem celebrari, vt in *l. prima §. fin. ff. de verb. obl. ibi*, siue per se, siue per verum interpretem, & in terminis hanc primam illationem tenet, & probat Alphon. a Verac. in *Appendice ad Specul. Consug. dubio 2. conclusio 5. & dubio 3. conclu-*

sione 3. quem refert, & sequitur Marc. Anton. Cuchus *vbi supra. lib. 3. tit. 11. numer. 24.* Vinald. in *suu caud. del. Ant. 7. sacram. 1. parte de matrim. num. 36.* & Thom. Sanchez *d. lib. 3. disputacione 39. n. 3. vbi num. 4.* cum communi, quod est credendum hoc casu dicto solius interpretis, quia non est testis, sed electus ad declarandum communem contrahentium consensum.

Sic etiam videmus, quod per procuratorem speciale in id mandatum habentem posse contrahi matrimonium praesentibus verbis specialiter videlicet in mandato designata persona *c. fin. de procurat. lib. 6. & ibi communiter DD.* quod non videtur esse correctum sacrum Concil. Trid. in *Decreto praecitato*, vt causet Cuchus *vbi supra. num. 37.* & diximus supra.

Secundo inferitur ex supra. non esse veram doctrinam Enriq. lib. 11. de ma. *cap. 3. num. 1. in Comment. lit. F.* dum ait, quod si parochus accesserit animo attendendi, quamuis tempore contractus distrahatur euagatione mentis, valere matrimonium, hoc enim falsum esse ex pluribus late, & recte probat Sanch. *vbi supra. num. 5.*

Deinde, & secundo obseruandum est congreg. Concilij Illust. Card. declarasse, vt matrimonium, si sacerdos non intellexit, nisi tamen affectatum esset non intelligere, vt refert Ignat. Salzed. *vbi supra. ad 4. dubium. fil. 137. col. 1. in fin. & Zevall. d. lib. 3. Pract. Commun. contr. a Com. num. 68.* & Perr. Ledes. de matrim. *q. 43. art. 3. vbi §. 4. dubium. pag. 190. col. 2.* affectate autem est consulto aliquid facere, *l. quod au lex 29 §. quod au lex. ibi*: quod si non affectauit, iuncta gloss. verba non affectant. *ff. ad l. l. de adult. quare videtur quod si consultus vellet non intelligere consensum, sed ocluderet aures, & oculos, valeret matrimonium, iuxta praefatam declarationem Congregationis Concilij.*

Qui enim affectauit ignorantiam, habetur, pro sciente, Felin. in *c. fin. num. 7. in primo de testib. qui a n. 3. cum segg.* plura congerit in proposito: nihilominus tamen Thom. Sanch. *d. lib. 3. disp. 39. num. 8.* licet fateatur difficile esse sensum illorum verborum praefat. declarationis, ibi, nisi tamen affectatum esset non intelligere, inquit, hoc vnum scire nullo modo valere matrimonium, quamuis parochus affectate, & consulto non attendat nec intelligat consensum, quia tunc reuera non est praesens (scilicet moraliter) nec potest testificari de matrimonio, vt requiritur, & forte sensus illorum verborum est, nisi parochus affectate se non intelligere, hoc est, nisi consulto, & data opera fingat se non intelligere, cum tamen re vera intellexerit, cuius in hoc iudicium, salua correctione Sacrae Congregationis Concilij, mihi placet: in summa igitur valebit matrimonium, quando parochus consulto, & data opera fingit se non intelligere consensum contrahentium matrimonij, si in rei veritate eos intelligat: scilicet, si consensum non intellexit, quamuis suo facto, cum, vt resoluitur, & eadem Congregatio insinuat, requiritur intellectus, & aduertentia parochi assistentis matrimonio pro valore ipsius: vnde his deficientibus, quamuis propter affectationem, & culpam parochi, cum tamen consensum non intellexerit, nec ad id consulto non aduerterit, matrimonium non valebit.

Tertio obseruandum est, valere matrimonium, id quamuis parochus, & testes vi derenti intersint, dummodo intelligant consensum contrahentium, argumento *l. coram Titio 209. ff. de verb. significaciones* ibi, scire autem non etiam velle si debet, nam etiam coniuuio recte fit: vnde si statum prohibeat aliquid fieri sine praesentia alicuius (vthodie Concil. Trid. prohibet aliter fieri matrimonium quam praesente parochi, & testibus) satis est illum esse praesentem, quamuis nec consentiat, nec consultus sit fieri, vt voluit

luit Bald. in cap. ex parte Episcopi, columna 1. de rescriptis. Arec. in l. si quis mihi bona. §. si coram. primo notab. ff. de acq. hered. & hoc fundamento, & aliis hanc sententiam in terminis Concilii tenet, & late probat Ignat. Salzed. in addit. ad Practic. crimin. Canon. Bernard. Diaz. de Leg. cap. 73. versic. Tertio. folio mihi 235. censens, quod licet parochus inuitus, renuens, vel dolose ad matrim. celebrandum à contrahentibus, vel alius suo nomine fuerit adductus, dummodo contrahentium verba audiat, & probe intelligat tale matrim. firmitatem obtinebit, & quod ita fuit responsum Episcopo Salmantino D. Hieronymo Manrique à Cardinal. Congreg. Concil. ab eo consultis super hoc puncto: eandem sententiam sequuti sunt, & probant D. Spino in suo Specul. testam. glossa 15. num. 49. & Anastas. Geroni titulo de indult. Cardin. §. si tibi quoad exeret. num. 73. Albornoz lib. 4. de arti. contrah. tit. 1. Enriquez lib. 11. de matrimonio. cap. 3. numero primo. Petrus à Ledesma. de matrimonio. questione 45. articulo 5. puncto 3. dubio 2. folio 189. §. quo proposito. Veracr. ante eos in Append. ad arrio. 8. Specul. coniug. vbi de coactione agit fol. 111. Rodrig. in Summa. t. tom. in 2. editione. cap. 219. numero 11. Vega lib. 8. Summa casu 116. Aual. de Segur. in suo direct. iud. Eccles. in 2. parte. cap. 15. numero 51. Zeuall. vbi supra. questione 604. numero 70. folio 181. columna 2. & Thom. Sanchez d. lib. 3. de matrim. disputatione 29. num. 9. vbi num. 7. reulerat nonnullos relinquentes hoc cogitandum, & aliqua fundamenta pro contraria parte, & tenet contra eos, quod prædiximus cum ceteris supra citatis, & contra Cardon. de rescriptis. q. 45. §. postremo ne pluribus, & §. sequenti. quem citauit ipse Sanchez, ibidem num. 8. assententem requiri testes esse specialiter vocatos ad matrim. & quod alias non valeret, sed hoc improbat, adhuc tenens cum suprad. communi sententia declarationem Congregationis Concilij Cardin. approbatam.

11 Quare idem probandum est, quando dolo parochus, aut testes ad aliud vocati interfuit matrimonio, intelligentes consensum coniugalem vtriusque partis, validum namque tunc proculdubio erit matrimonium eisdem rationibus, & in terminis ita tenet, & docent Nauar. lib. 4. consil. in prima editione. titulo de sponsal. consil. 20. in secunda vero titulo de clandest. despons. consil. 11. Salzed. ad Bernard. Diaz. vbi supra. cap. 73. in versic. 3. licet. folio 235. columna 1. & versic. quæntum dubium, folio 237. columna 2. vbi affert declarationem Card. Concil. dicentem, Congregatio censuit valere etiam si parochus aliam ob causam adhibitus sit ad illum actum, Spino, vbi supra num. 48. & 49. Dzeued. in l. 1. num. 39. titulo 1. lib. 5. non. collect. Reg. Medin. in Summa cap. 13 fol. 231. Ledesma. de matrim. quest. 45. articulo 5. versic. quæntum dubium, Enriquez, & Rodrig. vbi supra. Zeuall. etiam vbi supra. num. 67. & Thom. Sanchez. præcitat. num. 10.

12 Vbi num. 11. cum aliis authoribus tenet, & probat idem esse si matrimonium celebratur coram parochus, & testibus casu transeuntibus, quia erit validum, intellige tamen, vt ex ipsis Authoribus constat, dum tamen intelligant consensum contrahentium, & aduertant, & numero 12.

13 Quod peccabunt lethaliter contrahentes coram parochus vi detento, vel casu transeunte, vel dolo ad aliud vocato, vbi secus esse dicit respectu testium eodem modo assententium matrimonio, quia non peccabunt lethaliter contrahentes coram ipsis testibus vi detentis, aut dolo adductis, vel casu transeuntibus, sed tantum venialiter, seclusa ratione iniuriz, & vel violentia illis illata: hæc enim ex qualitate iniuriz pensanda est, an sit mortalis, quia ipsi non gerunt vices Ecclesie auctoritatem præstando ipsius nomine matrimonij, sicut parochus præstat, sed te-

stium ministerium solum subeunt, quod & que præstare possunt vi detenti, aut casu transeuntes, aut ad aliud dolo vocati, tertij eumque offendunt, si forsitan alter ex contrahentibus, vel vterque aliis de matrimonio contrahendo fidem præstiterint, vel promiserint.

Similiter validum erit matrim. coram alieno sacerdote initum de licentia proprii, metu cadenti etiam in constantem virum, congressa, sicut secundum vetiorem sententiam jurisdictionis metu extorta valide transferretur, vt recte probauit idem Sanchez d. lib. 3. disputatione 39. numero 13. vbi numero 14. idem late probat, quando licentia illa dolo, & mendaciis impetrata sit à parochus, alias nullatenus concessurum, vt si falso nomine alicuius magnatis petatur ab illo, vt concedat licentiam certo sacerdoti, nempe quod valebit adhuc præfata licentia, & matrim. virtute eius celebratum ex rationibus, de quibus ibi per eum.

Sed quia supra, numero 3. in versic. neque obstat. resoluimus verba parochi assententium matrimonio, de quibus in Decret. Concilij, non esse de substantia matrimonij, & ideo validum esse, licet omittantur, nunc vero addimus, præd. verba esse de necessitate præcepti. Vnde quamuis absque præd. verbis validum sit matrim. peccabit tamen venialiter parochus ea omittens, vt cum aliis recte probat Thomas Sanchez d. lib. 3. disputatione 38. numero 6. 7. & 9. vbi num. 8. quod non poterit parochus proferre dicta verba per interpretem contra Alphonsi à Veracr. aliud tenentem, licet 17 possit consensum petere per se, vel per interpretem, nam diuersa est ratio inter vtrumque, vt ibi probat, & numero 10. quod parochus non tenetur interrogare contrahentes, an aliquod impedimentum habeant, ne contrahere possint, quamvis contrarium teneat idem Veracrux sub poena peccati mortalis, quem ibi merito improbat, cum iam præcesserint monitiones in Ecclesia, vel sit remissa mandato Ordinarij, cui parochus obedire tenetur: secus quando in casu necessitatis vrgentis, vt puta, quia non est aditus ad Episcopum, vel eius officialem, & Vicarium Generalem, parochus ipso inconsulto denunciationibus omisis interiret matrimonio, tunc namque tenetur inquirere diligenter, an sit impedimentum cum loco Episcopi succedat, ita Sanchez d. disputatione 38. numero 10. ad fin.

CAPITVLVM LXX.

De matrimonio, & sponsalibus presumptis, an cessauerint post Concilium Tridentinum.

SUMMARIVM.

1 Matrimonia, & sponsalia presumpta an cessauerint post Concilium Tridentinum?

PARS affirmatiua probatur ex Decreto Sandi Concilii Tridentini. sess. 24. cap. 1. in Decreto de reformatione matrim. in versic. qui alter quam presente parochus, &c. Nam si consensus expressus, & verus hodie non constituit matrimonium nisi coram parochus, & testibus, vt ibi, & fortiori consensus virtualis implicitus, & interpretatiuus id non efficiet, nempe in casu cap. 16. qui facit, de sponsalibus, & de duobus impuberibus maioribus septennio, vel pubere, & impubere maiori d. zate contrahentibus matrim. de presenti, quo casu erant sponsalia de futuro iuris interpretatione, & transibant in matrim. per copulam habitam affectu coniugali, vel aliquos alios actus, per quos explicabatur consensus de presenti,

senti, vt in cap. unico, §. idem quoque de desponsat. impub. lib. 6. & vtroque DD. in cap. attestaciones. & cap. litteras de desponsat. impub. D. Couar. in 4. de desponsat. 2. parte. cap. 4. §. 1. & 2. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 1. per totum: hodie namque post præf. Concilium, non fiet matrim. de presenti per præd. actus, & similes, nisi coram parochus, & testibus matrimonium expresse celebratur, vt tenent communiter DD. & declarant Cardinales Congregationis Concilij, vt docuimus in nostro tract. de Saram. Confirm. ca. 31. num. 12. cum sequentibus, & lib. 1. Canon. questionum cap. 18. num. 3. & 4. cum Mantienq. quem ibi retulimus, & quom plurimis aliis Authoribus, quos refert & sequitur Thom. Sanchez. lib. 3. de matrim. disputatione 40. numero 3. vnde nec erit matrim. quando parochus, & testes interfunt sponsalibus iuramento stabilitis, nec quando sponsalia coram parochus, & testibus celebrata sunt per copulam occultam, vt bene probat Sanchez vbi supra. numero 5. & 6. nec per copulam habitam coram parochus, & testibus, quando sponsalia fuerunt clandestina, vel si fuerunt sponsalia celebrata coram diuerso parochus, & testibus ab his, coram quibus haberet copula: si vero sponsalia de futuro, quam copula sunt coram eodem parochus, & testibus, ius antiquum remanet illatum ac proinde transeunt in verum matrimonium, si animo coniugali habita sit copula, præsumptum autem, quando fornicatio haberetur copula, adeo vt probatis sponsalibus de futuro, & subsequente copula coram eisdem parochus, & testibus præsumeret Ecclesia matrim. cogeretque ad illud sicut ante Concilium cogebat, vt probat Sanchez vbi supra. num. 7.

Similiter etiam ex supradictis inferunt, quando parochus, & testes interfunt matrimonio de presenti vtriusque vel alterius impuberis maioris septennio malitia non sapiente ætatem, vt minimè quidem per Concil. Trid. transeat in verum matrim. de presenti per copulam vel alios actus occulte factos, ex quibus ante idem Concilium resultabat verum matrim. vt bene probat Mantienq. in rubrica glossa 1. numero 57. titulo primo. lib. non. collect. Reg. & late nos de Saram. Confirm. prima parte. cap. 51. num. 18. in impress. Madrit. ann. 1577. in nota additione: & latissime idem probauimus ex professo lib. 1. Canon. questionum cap. 18. per totum, & sequitur Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 7. Manuel Rodrig. in primo tom. sua Summa in secunda editione. cap. 220. num. 2. Thom. Sanchez. d. disputatione 40. numero 9. vbi dicit, quod ita omnino tenendum est, & tandem Zeuall. præf. questionum Commun. coura Comm. conclusione 604. num. 23. fol. 171. erit igitur necessarium ad valorem præd. matrim. adueniente legitima ætate ratificare matrim. coram parochus, & testibus, vt per eum ibi post nos: at satis non erit, quod renouent consensus inter se ipsos solos, sed debent esse coram parochus, & testibus, vt bene tenet Sanchez vbi supra. num. 10.

CAPITVLVM LXXI.

De filiis natis ex matrimonio nullo bona fide celebrato, an sint legitimi?

SUMMARIVM.

1 Filiorum triplex modus reperitur, de quorum legitimitate dubitari contingit, & numeris sequentibus.

2 Filij geniti ex matrimonio vere nullo, quando adfuit bona fides in vtroque, vel in altero parente ignorante impedimentum, sunt legitimi, quod non solum procedit in primogenio simpliciter, verum etiam in eo, quod in lege dictum est, vt non nisi filio legi-

timo atque ex matrimonio legitimo defratur, vt in num. 3.

4 Bona fides in dubio presumitur, nisi contrarium probetur.

5 Consanguinitatis notitia factilis est in primo, & secundo gradu non vero in ulterioribus.

6 Aliter si constet matrimonium esse contractum in facie Ecclesie, sed dixerit filium esse illegitimum propter impedimentum, non audietur, nisi probauerit impedimentum, & malam fidem parentum.

7 Assuetudinem scivisse contrahentes, non sufficit, nisi constet illum gradum fuisse impedimentum matrimonij.

8 Cap. ex tenore. qui filij sint legitimi, an procedat quando matrimonium nullum fuit clandestinum, omisis denunciationibus, & numeris sequentibus.

9 Ignorantia non excusat non adhibentem debitum diligentiam inquirendo quod reuebatur inquirere.

10 Monitiones requisitæ ad celebrandum matrimonium remitti possunt ex iusta causa, vt ibi.

11 Matrimonium ex diuinitate temporis presumitur legitime contractum præcedentibus solemnitatibus requisitis, ac promissis filij ex eo nati sunt legitimi.

12 Matrimonium per longam coniugium habitationem solemniter contractum presumitur.

13 Solemnitas, quando agitur de modico pro iudicio, presumitur spacio decem annorum, si vero agatur de magno pro iudicio spacio 30. annorum.

14 Denunciations requisitæ a Sacro Concilio Tridentino celebrandum matrimonium presumuntur intercessisse ex cursu decem annorum cohabitationis mariti, & uxoris.

15 Filij nati ex matrimonio putatio nullo iam abhinc 30. annis elapsis celebrato, & non alias sunt legitimi.

16 Matrimonium ad hoc, vt clandestinum esse dicatur ad effectum illegitimitatis proles, consistit debet contractum fuisse non præmissis denunciationibus publice in Ecclesia.

TRIPLEX modus filiorum in proposito reperitur, de quorum de legitimitate dubitari contingit.

Primus est de natis, vel genitis ex matrimonio vere nullo, quando adfuit bona fides in vtroque, vel in altero parente ignorante impedimentum, & de hoc nuncupatum agemus in hoc capite.

Secundus est de filiis generatis ex matrimonio clandestino re vera nullo ob latens impedimentum ignoratum, quod quidem matrim. fuit approbatum per Ecclesiam tanquam validum, & postea detectum est impedimentum, & de hoc agemus late capite statim sequenti.

Tertius est de filiis natis ex matrimonio clandestino valido tamen, de quo agemus tertio abhinc capite.

Ad primum ergo modum, & casum, de quo supra, redeundo: certum est in ea specie præmissa in hoc primo modo filios genitos ex matrimonio vere nullo quando adfuit bona fides in vtroque, vel in altero parente ignorante impedimentum esse legitimos, iuxta textum in cap. ex tenore, qui filij sint legitimi, vbi si coniugatus viuente prima vxore contrahat cum secundo hoc ignorante, soboles ex tali coniugio legitima reputatur, & ibi glossa verbo si ambo parentes, glossa etiam in cap. tanta, verbo. alio eodem titulo, & in c. non omnia verbo continente 32. q. 2. & in c. repente, verbo ignoransiam, qui filij legitimi, ex quo text. in d. c. ex tenore colligitur, & notant Scribentes, quod bona fides vnus impedimentum, sunt legitimi, quod non solum procedit in primogenio simpliciter, verum etiam in eo, quod in lege dictum est, vt non nisi filio legi-

Fernandez in l. 4. Taur. num. 1. & consuluit Oldrad. consilio 236. numero 4. Abb. in c. cum inbituto numero 9. de clandest. despons. & hanc esse communem opinionem Theologorum, & Canonistarum affirmat. Lupus in suo tractatu de matrimonio, secunda parte princip. num. 14. & 18. Idem resoluit Crotus, consilio 304. numero septimo. lib. 3. Cassad. decisione vnic. de sponsal. vbi tenet, hanc opinionem magis communem, & eam tenet Hostiens. in d. cap. causa, verbo aliam, Dominie. de Sancto Gemin. consilio 66. columna 4. numer. 7. Ludouic. de Sardis in tract. de legitim. filio 9. columna 2. & filio 2. columna 2. Curtius lun. consil. 27. numer. 3. D. Couar. de sponsal. 2. parte. cap. 8. §. 1. num. 2. & §. 2. numero 16. Costa in cap. si pater. prima parte, verbo uxor, numero 2. de testament. in 6. Verat. decisione 203. parte 2. lal. consilio 168. numer. 8. lib. 4. Paris. consilio 15. numero 44. & 45. lib. 2. Gammatic. consil. Ciuil. 36. columna 2. num. 2. Cephal. consilio 647. numero 4. lib. 4. vbi de communi testatur & idem tenet consil. 444. num. 7. lib. 3. & consilio 156. numer. 2. lib. 4. Anton. Gabr. in suis conclus. titulo de legitim. conclusione 4. numero 2. vbi numero 3. hanc magis communem esse testatur, & hanc opinionem ab omnibus receptam esse inquit Roland. a Vall. consilio 93. numero 18. lib. 3. & eam sequitur. alios allegans Patian. de probat. lib. 2. cap. 16. numer. 38. & 48. vbi num. 49. hoc verum intelligit, quando apparet in facie Ecclesie fuisse contractum, vt infra dicemus, Menoch. consilio 622. numero 4. lib. 7. communem profiteretur alios allegans Zeval. questione 697. in principio. & numero 1. opusculo 13. in versiculo, circa si dectimo, & ibi Gregor. Lopez tit. 3. parva 4. ibi: mas si el uno de ellos lo supiese, e non ambos, en tal manera serian los hijos legitimos, ca el no saber del uno les esfusa, que les non pueden dezir, que non son hijos de derecho, l. prima. tit. 13. parva 4. in versiculo, e aun si acaesiese, & in versiculo, e esto seria tambien. vbi loquitur in matrimonio in facie Ecclesie celebrato, & rationes tradit Sanch. lib. 3. de disputacione 42. numero 2. est communis sententia Doctorum, secundum Molin. Theolog. qui eam sequitur, prima parte de iustitia. & iur. disputacione 165. in principio columna 372 sequitur alios allegans Petr. Nicol. Motius in filio 187. columna 4. & Nauar. lib. 4. consilio 2. numero primo, qui fil. sui legit. dicens prad. glossas esse communiter receptas, sequitur Matienq. in gloss. rubr. de matrimonio, numero 120 lib. 3. eandem plures allegans dicit proculdubio veriorum cum communi D. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 1. numero 17. & eam tenet Nauar. de sponsal. lib. 1. consilio 3. numero primo, & communem appellat eam sequutus contra Sor. Molin. Theolog. de iustitia. & iur. disputacione 165. in principio, col. 922. & Molin. iurista vbi supra.

3 Ampliat, vt non solum procedat in primogenio simplici, verum etiam in eo, quod ea lege relictum est, vt non nisi filio legitimo, atque ex legitimo matrimonio nato deferatur, in eo namque primogenio etiam filius ex tali matrimonio putatiuo in facie Ecclesie contracto succedit, bona fide saltem vnus ex coniugibus interueniente, cum matrimonio illud quoad proles legitimationem ex dispositione iuris verum atque legitimum censeatur, filiusque ex eo procreatus vere, non autem fiste legitimus sit, vt ex pluribus probant Decius, & alij quos ibi ad hoc citat, nec non Honded. consil. 87. num. 3. cum seq. volumine primo.

4 Et bona fides in dubio presumitur, nisi contrarium probetur, glossa & communis in cap. si diligenti. & in cap. Sanctorum, & in cap. vltimo, de prescript. & est communis sententia, vt plures allegans resoluit D. Couarru. in regula possessor. secunda parte, §. 8. numero secundo, de regul. iur. in 6. & in terminis hoc

tenet Abb. in capit. porro de diuort.

Dicens, quod non est facilis notitia consanguinitatis, nisi in primo, & secundo gradu, quia fratres, qui sunt in primo gradu, & alij duorum fratrum, qui sunt in secundo gradu facile se conuictis exhibent pro consanguineis, sed in vlterioribus gradibus non est sic, vnde in illis notitia non est presumenda, nisi probetur: sequitur, & probat. Celsus consilio 31. sub numero nono, vbi quod ipsi mulieri d. ignorantiam alleganti debet credi, facit etiam quod tradit Fuluius Patian. lib. 2. de probat. ca. 16. numero 72. filio 42.

Dicens, quod si actor fateatur matrimonium fuisse contractum in facie Ecclesie, sed dixerit filium esse illegitimum propter impedimentum, non audiet nisi probauerit scientiam impedimenti, & malam fidem parentum, vt docet magistratraliter. Ant. de Butr. in cap. peruenit, columna 2. versiculo dic aut filius possidet, qui fil. sint legit., & alij quos citat Patian. vbi supra.

Et quod in proposito presumatur ignorantia, nisi probetur scientia per eum qui dicit filios esse illegitimos, tenet Gregor. Lopez in l. 3. glossa in. tit. 3. parva 4.

Et non sufficit sciuisse contraheutes affinitatem inter se intercedere, nisi constet gradum illum affinitatis fuisse impedimentum matrimonij: non enim presumitur hoc sciuisse, vt in specie respondit Ruin. consilio 100. numero 4. in fin. & consilio 108. numero 2. lib. 3. sequitur Menoch. consilio 622. sub numero 7. volumine 7. vbi n. 8. inquit alios allegans, satis esse quod vel pater, vel mater fuerint in bona fide, vt nati ex eo matrimonio dicantur legitimi, Sed hoc intellige & limita, vt per Abb. & reliquos vbi supra.

Illud tamen in proposito controuersum est inter nostros Autores, an prefata decisio tex. in d. cap. e tenore, & communissima sententia eorum per eundem modo relata procedat necne? quando matrimonium illud nullum fuit clandestinum, nempe omnis denunciationibus, & procedere etiam si publicationes, & monitiones, de quibus in d. cap. cum inbituto, de clandest. despons. omittantur, plerique ex supradictis voluerunt, & presupponunt, siquidem in ea specie loquuntur, quia sufficit quod coram amicis, & conianguineis matrimonium celebratur ad hoc vt in facie Ecclesie censeatur esse celebratum, siquidem requisita in d. cum simul, non sunt de essentia, & forma matrim. & legitimationis prolis, sed tantum de solemnitate & ad decorem ipsius induta, & hanc sententiam plurimos alios eiusdem. Autores citans sequitur veram & communem esse profiteretur Mascard. de probat. secundo tom. conclusione 1036. v. matrimonium esse clandestinum, numero quarto, vbi arbitratur ab ea non esse recedendum, vt quod fieri possit, fauemus matrimonio, & legitimitati prolis, vt tenent quamplures DD. ab eo ibi relati, & inquit Callador. vbi supra, quod saltem in re dubia ex interpretum controuersia, pro legitimitate prolis sententia est ferenda, quemadmodum & in summo Pratorio Rota factum esse testatur: eandem sententiam tenent Aluar. de conuict. ment. desuict. lib. 1. cap. 3. numero 2. & Gratian. in regula 252. num. 4. & alios allegans Ioann. Vincent. Honded. consilio 87. numero 19. vbi quod non oportet in hac materia nimis subtilizare propter periculum illegitimitatis, quod ex Innoc. inquit Mascard. vbi supra, tandem eandem sententiam tenet cum aliis Gregor. Lopez in l. 3. titulo partium 4. glossa prima, communem profiteretur plures allegans Zeuall. vbi supra. in principio. & num. 1.

Nilominus tamen contraria sententia, & sic negatiua verior, & communis etiam & tenenda est, nempe

nempe vt in hac eadem specie, de qua agimus, filij legitimi non sint illi, qui sunt generi, vel nati ex matrimonio vero nullo, omnis denunciationibus, etiam si bona fide contraheutum fuerit celebratum ignorantium impedimentum, ex text. in hoc expresso, qui cauillationem non recipit in d. cap. cum inbituto, §. si quis vero de clandest. despon. ibi, si quis vero clandestina coniugia inire presumpserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta profus illegitima censeatur de parentum ignorantia nullum habituram subsidium, cum illi aliter contraheundo, non expertes scientia, vel saltem affectores ignorantie videantur, cui consonat d. l. 3. in principio, titulo 3. parva 4. sic dicens: Encubiertamente casandose algunos, si embargo quisessen entre si, como de parentesco, o de otra manera a qualquier, por que no pudiesen ser marido e muger, auian esta pena, que los filios que fuesen de su non serian legitimos, non se podrian enseñar por dezir, que su padre non su madre non sabian a quel embargo quando casaron, e esto es por que casandose encubierta semeja, que sabian que algun embargo auia entre ellos, porque lo non deuan fazer, o alomenos que lo non quisieron saber.

9 Ignorantia namque minime excusat, non adhibentem debitam diligentiam inquirendo, quod tenebatur inquirere. cap. penult. ad fin. 37. distinctione, l. regula, §. sed facti, ibi, verum eius, qui eam rem inquirendo diligenter notam habere possunt, ff. de iur. & fact. ignor. l. si animus, in fin. C. de ingen. & manumiss. gloss. notabilis in cap. motum, verbo, ignorantiam, de electione. huiusmodi enim ignorantia est voluntaria indirecte, vt docet S. Thomas 1. 2. quest. 8. artic. 3. in corpor. & questione 19. artic. 6. & eum eo omnes Theologi, teste Thoma Sanchez, lib. 3. de matrimonio disputacione 42. numero 1. versiculo, item quia, quod optime probatur ex d. cap. cum inbituto, §. si quis vero, ibi: cum illi taliter contraheundo affectores ignorantie videntur, & ex d. l. 3. ibi, o alomenos que lo non quisieron saber, titulo 3. parva 4.

Quare merito hanc secundam partem, vt verissimam probatur, & tenent alij quam plures Autores citati a superioribus relatis tenentium priorum, & praeterea hanc secundam tenet gloss. in d. l. 3. cap. cum inbituto, in princip. verbo clandestina, & in §. 1. eodem verbo, & ibi Anton. de Butr. numero 19. Cardin. in sine, Anchar. in 7. notab. Hostiens. in summa eodem titulo, §. 1. versic. quarto, & numero 8. versic. sed huius, Abb. Eric. Boi. & alij multi, quos refert, & sequitur Socin. lun. consil. 86. numero 48. cum sequentibus, lib. 2. vbi numero 49. de communi testatur, & numero 53. asserit de iure scripto, hanc opinionem non habere dubitationem, sequitur eam Jacob. Leon. inter consil. matrimonial. diuers. consil. 49. numero 5. late Cephal. consil. 503. numero 18. cum sequentibus, & numero 36. & sequentibus lib. 4. Roland. a Valle consil. 93. numero 26. volum. lib. 3. vbi etiam de communi testatur nec non & eam sequutus Honded. d. consil. 87. numero 23. & eam sequitur Patian. de probat. lib. 2. cap. 16. numero 69. in versic. ego nescio, ibi, forte ortum, vbi loquitur etiam coram toto populo contraxissent parentes dict. filiorum, ex eo enim quod noluerunt contraheere secundum formam traditam a Concil. Trident. fuerunt in culpa, & mala fide, que filios eorum nocet.

Eandem sententiam late probat, & sequitur plures allegans, & de communi, & magis communi testatur Zeual. in pract. quest. 699. numero 4. cum seqq. vbi numero 8. fol. 322. quod decisio d. cap. cum inbituto, §. si quis vero, non est immutata, nec innouata per Concil. Trident. eandem recte probat, non ta-

men allegans Autores Sanchez lib. 9. de matrimonio. disputacione 42. numero 1. pag. 661. vbi num. 3. & 4. late probat eam locum habere non solum quando impedimentum, ob quod nullum fuit matrimonium, est consanguinitatis, affinitatis, vel cognationis. sed etiam quando ob quodcunq. aliud impedimentum matrimonium irritum sit. pro quo est expressa. d. l. 3. in principio, titulo 3. parva 4. ibi, como de parentesco, o de otra manera. Neque obstat fundamentum partis contrariae, nempe matrimonium, si remotis testibus contrahatur. vel contractum retinetur occultum, nec ad notitiam aliorum deueniat, secus si publice conuocatis amicis, & consanguineis fuerit contractum, vt in cap. 2. & ibi DD. de clandest. despon. quia responderi Honded. vbi supra, numero 24. ex hoc non sequi quin aliis modis clandestinitas confidetur, prout est quando non seruatur forma d. cap. cum inbituto, sed denunciations omittuntur, vt notat glossa in d. cap. cum inbituto in principio, in verbo clandestina, & aduertit Socinus Iunior dicto consilio 86. numero 52. clandestine namque dici fieri dicitur, quando omittitur solemnitas a iure in actu requisita, Bart. in l. fin. ff. de ritu nupt. & hac clandestinitas ob omnes denunciations non consideratur quoad omnes effectus matrimonij. quia etiam omnis denunciations ante Concil. Trident. matrimonium poterat dici palam, & in facie Ecclesie contractum, quoad alios effectus. dummodo aliter publice contractum fuisset, quo casu admitti potest opinio Oldrad. Ioann. Andr. & aliorum de quibus supra, sed tantum consideratur clandestinitas ex omnis denunciationsibus quoad hoc, ne filij reddantur legitimi, si impedimentum consanguinitatis, &c. detegitur, postquam forma d. cap. cum inbituto seruata non fuit, secundum Anton. de Butr. & alios, quos refert, & sequitur Honded. vbi supra, num. 25. & 26. vbi latius profequitur respondendo aliis fundamentis contrariis, & sic hac secunda sententia tenet fati probata, & euident.

Quae quidem primo declaranda, & limitanda est, quando interueniret iusta causa contraheendi matrimonium absque publicationibus, veluti si probabilis suspicio fuerit matrimonium multoties impediri posse, ut in Concil. Trident. sessione 24. cap. 2. vbi quod tunc remitti possunt, etsi sint remisse iuste, vel iniuste, & in articulo mortis (cum sit periculum in mora) vel dato aliquo impedimento, propter quod non potest veniri ad Ordinarium, & vt remittat denunciations, vt cum Sarmiento, nobis, Spino, Segura Daualos, & Cenedo bene probat Zeuall. vbi supra, num. 9. & 10.

Secundo declaratur eadem secunda sententia tenenda vt ex diuturnitate temporis matrimonium celebratum presumatur legitime, & in facie Ecclesie praecedentibus solemnibus, hoc est denunciationsibus, contractum fuisse, ac proinde filios ex eo natos esse legitimos, quamuis postea detegatur impedimentum dirimens ipsum matrimonium, ignorantium tamen ab utroque, vel altero parente, habente bonam fidem, quod probatur, quia solemnitas extrinseca (prout est hac denunciations, de quibus agimus) ex diuturnitate temporis praesumitur interuenisse in actu, l. filiusfamil. C. de per. hered. l. qui in aliena, §. 1. ff. de per. hered. cap. peruenit, de censib. Innocent. Hostiens. & communiter DD. in cap. Albericus, vbi latissime Felin. de testib. & in cap. illud de presump. & in cap. sicut, de re iudicat. & hoc est magis communis opinio, vt infinitos Autores referens testatur Mascard. de probat. tertio tom. conclusione 1216. solemnitas extrinseca numero 1.

12 Sic per longam coniugum habitationem matrimonium solenniter contractum presumitur, cap. illud, vbi Canonizans, de presump. Hostiens. in cap. licet, verb. officij, vbi etiam Abb. columna penultima, de simon. Anchar. consil. 117. satis impertinens post medium. Alexand. consil. 79. volumine 2. Mascard. alios allegans conclusionem 1021. matrimonium probatur, volumine 2. & in d. conclusionem 1316. numero 4. & in terminis, quod ex diuturnitate temporis presumpcio oritur, quod matrimonium fuerit validum. & legitime contractum, tenent Anton. de Butr. in cap. lator, circa fin. qui filij sunt leg. Cepol. consil. Cuius 5. numero 16. & hos referens Anton. Gabriel in suis consil. tit. de presump. conclus. 1. numero 40. & comprobatur Cephal. consil. 647. numero 23. affirmans post Gozad. & in casu suo ex cursu 25. ann. quibus matrimonium duravit, presumi legitime contractum fuisse, & superiores consensum praestitisse, sequitur Ioan. Vinc. Honded. d. consil. 87. num. 17. volum. 1.

13 Et quando agitur de modico prauidicio presumitur solentitas spatio decem ann. sed si agatur de magno prauidicio, tunc requiritur tempus triginta annorum, vt tradit Alexand. consil. 179. colum. 3. numero 9. vbi nec obstat longitudo temporis, volum. 7. sequitur Aym. Crauet. de antiquit. temp. tertio parte princ. in principio, vbi id pluribus rationibus confirmat Menochius de praesump. lib. 3. praesumpcio 132. numero 61. cum sequentibus, vbi numero 66. dicit hoc reliquendum iudicis arbitrio, idem Menoch. d. consil. 622. sub numero 16. lib. 7. & quod matrimonium ex cursu temporis 10. ann. praesumatur solemniter celebratum, tenet etiam Puteus decis. 257. numero 2. cum sequentibus, lib. 3. quem refert & sequitur Honded. consil. 87. num. 32.

14 Sed imo. quod ex cursu decennij cohabitationis coniugum praesumatur intercessisse denunciations, de quibus in Concil. Trident. requisitae ad matrimonium contrahendum, et si non sint de substantia, probat & tenet Menoch. d. consil. 622. numero 16.

15 In iuncto numero 15. lib. 7. Ex quibus constat filios tunc esse legitimos. Sed in natis ex matrimonio putatio nullo tamen iam abhinc 30. ann. clapsis celebrato, & non alias, idem probat, & tenet post alios, quos allegat Honded. d. consil. 87. numero 17. & 52. lib. 1. vbi numero 33. quod praesumptio, quae ex cursu temporis exoritur, admittit probationem in contrarium: ipsa tamen tanti temporis praesumatur solenniter id fuisse contractum, hoc est praecedentibus praefatis denunciationibus.

16 Quia ad hoc vt matrimonium clandestinum esse dicatur ad effectum illegitimitatis proles constare debet contractum fuisse non praemissis denunciationibus publice in Ecclesia, vt cum communi resoluit Mascard. conclusionem 1036. numero 1. ei enim qui negat matrimonium recte factum, probare debet, vt in emancipatione probat l. ab ea. §. idem respondit. ff. de probat. quia est fundamentum iux intentionis,

CAPITVLVM LXXII.

De filiis generatis ex matrimonio clandestino nullo, ob latens impedimentum ignoratum, approbato tamen ab Ecclesia tanquam valido detecto postea impedimento.

SVMMARIVM.

- 1 Matrimonium clandestinum nullum ob latens impedimentum ignoratum, quod fuit approbatum ab Ecclesia tanquam validum, & postea detecto impedimento, operatur legitimitatem filiorum.
- 2 Filij nati in casu capitis, quod nobis, qui filij sunt legitimi in Decretalibus sunt legitimi, numero primo, & quid in nati ante Ecclesiae approbationem, numero secundo, cum sequentibus.
- 3 Filius natus ex coniugato, & soluto omnino ignorante virum illum esse coniugatum sequuto inter eos matrimonio valido, sic est legitimus.
- 4 Filius natus, ante contractum matrimonium in facie Ecclesiae stante bona fide, & impedimento ignorante, vniui domus legitime sequuto inter eos sequens matrimonium validum.
- 5 L. 2. titulo 16. partia 4. intellectus.
- 6 Coitus coniugalis, quo tempore considerari debeat respectu proles, an conceptionis, vel natiuitatis ad hoc ut ipsa legitima dicatur?
- 7 Filij ad hoc vt dicatur naturalis stante impedimento, quod tempus considerandum sit.
- 8 Filij nati seu concepti pendente lite ante sententiam, vel post eam, an sint legitimi, necne?
- 9 Sententia iudicis nulla requiritur ad declarandum illegitimitatem filiorum ex clandestino matrimonio nullo genitorum.

ALEXANDER III. Summus Ecclesiae Pastor Beluacensis, Episcopo ita respondit, quod nobis: & infra: si qui autem de clandestino matrimonio postmodum ab Ecclesia comprobato generati fuerint, eos legitimos iudices filios, & haereditas: in. qui fil. sint legu. in Decretalibus.

Circa cuius text. intellectum, illud in primis obseruandum est, quod quando matrimonium clandestinum re vera nullum ob latens impedimentum ignoratum approbatum fuit ab Ecclesia tanquam validum, & postea detectum est impedimentum, proculdubio secundum omnia DD. filios genitos, & natos post approbationem matrimonij, ante impedimenti detectionem esse legitimos, quia tunc cessat ratio cap. fin. §. si quis vero. de clandest. despons. quia habent tunc parentes legitimam causam ignorandi impedimentum: ita pro certo tradunt Anton. numero septimo, & Anchar. numero sexto, in d. cap. quod nobis, & sequitur Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputacione 48. numero 1.

illud

2 Illud autem inter eosdem DD. sub dubio est, an filij nati, aut geniti ante Ecclesiae approbationem sint legitimi in specie d. cap. quod nobis, necne? in quod tres diuersas sententias probabiles refert. & fundat Thom. Sanchez vbi supra. numero 2. 3. 4. & 5. quibus tertiam, & vltimam probabiliorum existimat, & censet.

Prima est, filios conceptos ante approbationem, si postea nati sint, legitimos esse, secus si nati sint ante approbationem. Ita docent Hostiens. in Summa qui fil. sint legu. numero 3. & in rubr. de clandest. despons. §. vltimo. numero 8. in fin. Berolius in quast. famil. 107. numero 2.

Secunda sententia habet, filios genitos ante approbationem, non esse legitimos, sed eos solos, qui matrimonio iam approbato concepti sunt, ita tenet glossa in aut. cap. nobis, verbo fuerit in princip. & ibi Calder. & Abb. numero 5. & voluit Cardin. ibi in fin. & tenet Brunell. de Sponsal. conclusioe secunda, ampliatione 3. numero 18. Summa Roel. verbo illegitimus, numero 4. Angel. verbo filius, numero 12. & Tabien. eodem verbo, quast. 3. numero 6.

Tertia sententia est, filios conceptos antequam appareat impedimentum, licet ante approbationem nati sint, effici legitimos, vbi matrimonium publicum fuerit, ac Ecclesiae auctoritate tanquam validum comprobatum, licet postea detegatur impedimentum, vnde text. in d. cap. quod nobis, ibi, si qui de matrimonio clandestino postmodum ab Ecclesia comprobato generati fuerint, &c. intelligendus est, id est, si post ipsorum generationem approbatur ab Ecclesia, sunt legitimi, ita tenent in d. cap. quod nobis, numero quarto, Anton. de Butr. numero septimo, Anchar. numero sexto, Alexand. de Neuo numero septimo, Praeposit. numero quarto, & tenent ollum Abb. vt ipse fateatur ibi numero quinto, eandem etiam tenent Syluester. verbo filij, quast. 2. §. 10. Armil. Aur. in summa. verbo filius, numero 14. Anton. Roel. in tractat. de legitimat. parte prima. cap. penult. dicent esse communem, & idem affirmat D. Couar. idem professus in quarto de sponsal. secunda parte, cap. octauo, §. secundo, numero 16. versiculo duodecimo, vbi bene in proposito loquitur, Petr. Nicol. Mozius de contract. titulo de matrimonio, sub numero 18. in versiculo undecimo ampliat. fol. 188. columna quarta, & Thomas Sanchez vbi supra. numero quarto, existimans eam esse probabiliorum, vt praediximus, vbi respondit contrariis fundamentis. Hoc enim contingit propter alterius bonam fidem, & sic ignorantia alterius coniugis reddit prolem legitimam, quando matrimonium fuit in facie Ecclesiae celebratum, iuxta text. in cap. ex renore, qui fil. sint legu. & late a nobis tradita cap. proxime praecedenti, & hanc communem sententiam sequor.

3 Que etiam comprobatur ex glossa verbo aliam, in cap. tania, qui fil. sint legu. quia habet, quod filius natus ex coniugato, & soluto omnino ignorante virum illum esse coniugatum sequuto inter eos matrimonio valido, sic est legitimus: argumentum d. cap. ex renore eodem titulo, iuxta priorem opinionem glossae illius, quam in si. dicit esse veriorum, similis glossa in cap. non omnia, verbo continent 32. q. 2. quoniam sententiam sequuntur Hostiens. in d. c. tania. verbo aliam, & Dominic. consil. 66. col. 4. Ludou. de Sard. in tractatu legit. fol. 9. col. 2. & fol. 6. col. 2. Cur lun. consil. 27. num. octauo, & Callador. decisioe vnic. de sponsal. vbi fateatur hanc opinionem magis communem esse, vel saltem in re dubia ex Interpretum controuersia pro legitimatione proli sententiam ferendam, quemadmodum & in summo Praetorio factum esse te-

statur, quos refert D. Couarr. vbi supra, & Mozius etiam vbi supra. in versiculo undecimo, vbi quod licet contrariam partem multi DD. tenent per text. in d. cap. cum subditio, §. primo, de clandest. desponsat. & Anton. Gom. cum aliis in Luona Taur. numero quinto, & Gregor. Lopez per text. ibi, in l. secunda, glossa in adulterio, titulo 15. partia quarta, dicens quod eam credit veram: & communem: Mozius tamen in principio numeri 17. inquit, primam opinionem de aequitate esse seruandam fauore filiorum, & matrimonij.

Et quod secunda opinio contraria in puncto iuris posset disputando luitineri, quod prius censuit Couarr. vbi supra. numero 18. statim in principio: loquuntur tamen hi duo Authores in matrimonio clandestino: in contracto vero in facie Ecclesiae stante bona fide, & impedimenti ignorantia vnus, filius antea natus per subsequens matrimonium validum, proculdubio legitimus erit, quamuis alias proles suscepta ex incestu ignoranter cum concubina commisso legitima non efficeretur, ex matrim. vero sequuto inter eius parentes, adhuc durante ignorantia, vt aduersus Anton. de Butr. probat Socin. consil. 31. num. 41. & 74. volum. 2. & cum eo Couar. vbi supra. num. 17. ad fin. & Molin. Iurista lib. 3. de H. j. primog. cap. 1. num. 11. & Theolog. 1. part. de H. j. & Iur. disput. 152. colum. 975. in principio, vbi alios citant, & bene id iure probant contra alios.

Et tenendo praedictam opinionem glossarum potest responderi ad d. lib. 2. titulo 15. part. 4. in vers. vbi diximus, quae expressa videtur pro 2. opinione contraria, vt loquatur, & procedat quando filij fuerunt suscepti sine colore matrimonij, nam si sub colore matrimonij, licet cum adultero, vel adultera propter alterius ignorantiam filij essent legitimi: secus si non interuenit matrimonium, quia ex quo data fuit opera rei illicitae, nihil profectus ignorantia, vt declarat Gregor. Lopez in d. lib. secunda, in glossa in adulterio, ibi, & istam partem ego credo veram, & communem opinionem, &c.

Sed in hoc est egregia dubitatio, vtrum satis sit, & quod tempore natiuitatis coitus potuerit esse coniugalis, an praesice exigatur ad hoc conceptionis tempore coniugium potuisse contrahi inter parentes, ad hoc, vt filius dicatur naturalis? In quo communis opinio est satis esse: vel tempore conceptionis, vel natiuitatis matrimonium inter parentes contrahi potuisse, vt contra Salicet. & alios affirmat, & bene probat Couarr. in quarto, secunda parte, cap. 8. §. secundo, numero secundo. Eandem communem sententiam probat, & sequitur atque communiorem affirmat Molin. Theolog. de Iustitia & Iure tractatu secundo disputacione 172. columna 971. in versiculo filius naturalis, & communis sententia approbata est hodie in his Regnis, lib. 11. Tauri, quae est l. nona, titulo octauo, lib. quinta non. collig. Reg. quod sit, vt si parentes post natiuitatem talis filij inter se matrimonium contrahant, talis filius eo ipso legitimeretur.

Deinde inferretur ex d. communiore sententia, quod filius naturalis reputandus est is, qui licet conceptus ex iis parentibus sit, inter quos tempore conceptionis erat impedimentum dirimens matrimonium, tempore tamen natiuitatis cessauerat impedimentum, vt si soluta concepit ex coniugato; verumtamen tempore natiuitatis filij mortua erat vxor coniugati illius, aut si soluta concepit ex consanguineo, vel affine, at tamen tempore natiuitatis filij obrepta erat dispensatio, vt contrahere possent, filius eo pacto natus erit naturalis, &

& non spurius, eo quod status filij ex tempore conceptionis, vel natiuitatis, prout magis tali filio fuerit expediens, est iudicandus, ita recte censuit Morlin, vbi supra, & nouissime alios allegans Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 7. numero 19. vbi loquitur quando proles concepta nascitur post expeditam dispensationem ab Ordinario, & ante initium matrimonium, ex quo sequitur, quod si proles nasceretur ante expeditam dispensationem ab Ordinario, cui fuit commissa per Sedem Apostolicam, non efficeretur legitima, quia adhuc durabat impedimentum quousque ab Ordinario dispensatio expeditur, etiam si Bulla dispensatoria huc peruenerit, non tamen fuerit expedita ab Ordinario.

8 Quid vero fit dicendum de filiis natis seu conceptis ante sententiam pendente lite super matrimonio, vel post sententiam, a qua est appellatum, vel intra terminum datum ad appellandum inito alio matrimonio, an sint legitimi necne? late agit Mozius de contrahib. titulo de matrimonio, sub numero 16. versiculo quum etiam, fol. mibi 137. col. 4.

9 Obseruandum quoque est in proposito, nullam requiri iudicis sententiam ad declarandam illegitimitatem filiorum ex clandestino matrimonio nullo genitorum, vt bene probat Thomas Sanchez lib. tertio de matrimonio, disput. 33. num. 8.

CAPITVLVM LXXIII.

An filij concepti vel nati ex matrimonio clandestino valido sint legitimi?

SVM MARIVM.

- 1 Matrimonium coram parcho, & testibus celebratum absque ulla denunciationibus, nullofante impedimento dirimente, validum est, & non est clandestinum, vt in num. 3.
- 2 Filij nati ex matrimonio celebrato coram parcho, & testibus absque denunciationibus, an sint legitimi? & numerus sequentibus per totum caput.
- 4 Legitimitas filiorum ex triplici causa contingere potest, vt hic, & in numeris sequentibus.

1 Q Vestio hæc verificari potest in matrimonio post Concilium Tridentinum celebrato coram parcho, & testibus nullo impedimento dirimente stante validum est, vt in sessione 24. eiusdem Concilij Tridentini, cap. primo in Decret. de reformat. matrimonij. ibi, qui aliter, quam presente parcho, &c. cum denunciations præd. non sint de essentia ad valorem matrimonij, vt bene resoluimus prima parte de iur. confirm. cap. 31. numero 25. contra Menoch & alios, & hæc nostra sententia est communis, & vera, & communiter practicatur.

2 Cum igitur sit validum mero iure matrimonij celebratum coram parcho, & testibus si aliud legitimum impedimentum non obstat: dubitamus in presenti, an filij nati ex eo matrimonio sint legitimi, nec ne? obstant eis solum clandestinitate omiffarum denunciationum, & sic quod non fuerit celebratum in facie Ecclesiæ.

In hac questione partem affirmatiuam, quod sint legitimi tales filij, dicit esse probabiliorum Petr. de Ledesma de matrim. q. 43. art. 5. conclus. 1. §. est tamen dubium, in vers. 2. dicendum, fol. 137. huiusmodi namque matrim. proprie loquendo, & in rigore, non est

clandestinum, sed verum: quando enim illicite omiffæ sunt denunciations, dici non potest matrimonij clandestinum, siquidem presente parcho, & testibus sit, vt præcipit Concil. Trid. in verbis supra relatis.

3 Erta, quod hoc matrim. non sit clandestinum, 3 tenent præter ipsam Ledesma Magister Palatio in quarto distinctione 28. disputatione 3. in vers. quid, quod iam nullum, Candel. au. 7. sacrament. prima parte de matrim. num. 243. Lud. Lopez in 2. parte sui instrutor. consilient. de matrimonio, cap. 39. §. quæst. autem illam, & cap. 44. ad fin. ante solus, ad primum, Barbol. in l. 1. §. par. 26. num. 39. ff. solus. matrim. idem Ledesma, d. q. 43. art. 5. §. huiusmodi difficultas est, & alij plures idem voluerunt relati a Thom. Sanch. lib. 3. de matrimonio, disput. 1. n. 6. ergo filij nati ex huiusmodi matrimonio vero, & valido, licet omiffæ fuerint denunciations, non sunt illegitimi, sed potius legitimi, vt censet Petr. de Ledesma. in primo loco supra citato.

Sed contrarium expresse tenet, & probat Thom. Sanch. d. lib. 3. de matrim. disput. 42. num. 6. dicens minus bene affirmasse Ledesma. vbi supra, hanc prænam illegitimitatis non habere locum, vbi matrim. celebraretur coram parcho, & testibus, non præmissis denunciationibus, sibi namque non placet, hos filios censeri legitimos, sed quod in his habebit locum poena illa illegitimitatis, quia hoc matrim. est clandestinum ex text. in cap. cum in hibito, §. si quis vero, de clandest. dispensatione, & l. 1. tit. 3. part. 4. ibi, ea para no ser el matrimonio hecho encubiertamente, ha menester, que ante que los dispone, diga el Clerigo en la Iglesia ante todos como tal hombre se quiere casar. & probauimus late alios allegando lib. 2. præd. quæst. 4. num. 9. ad fin. cum sequentibus, & plures citans contra priores idem Thom. Sanch. d. lib. 3. disput. 1. num. 7.

Ergo proculdubio in hoc articulo circa legitimationem filiorum ex præd. matrim. de quo agimus, nunc cenfeo priorem opin. Petri Ledesma, primo loco citati veriore, & tenendam omnino esse tam in stricta iuris disputatione, quam in praxi, neapem filios natos ex matrimonio coram parcho, & testibus celebrato absque tamen denunciationibus, siue dicamus illud clandestinum, siue non esse legitimos, dummodo, vt supponimus, fuerit validum, & verum, quia non adfuit legitimum impedimentum illud dirimens, secus alias, ex text. in d. cap. cum in hibito, §. si quis vero alleg. pro contraria parte: text. namque ille expresse loquitur, quando matrim. fuit inuaidum ob impedimentum ignoratum a parentibus, vt nuncupatim affirmat idemmet Thomas Sanchez d. lib. 3. disput. 44. num. 2. ibi, nec caput finale, §. si quis, &c. similiter Decretum Concilij Trid. sessione 24. cap. 5. de matrim. quod pro se prius citauerat Thom. Sanchez disput. 42. num. 6. loquitur etiam in contrahentibus matrimonij, in gradibus prohibitis, vt patet ex eius verbis, ibi: Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonij, contrahere præsumperit: & ibi: quod si ignoranter id fecerit, &c. Idemque est, & intelligi debet eadem ratione in quocunque alio impedimento dirimenti, vt recte cenluit ibidem Sanchez numero 7.

Secunda & præcipue hæc nostra, & tenenda sententia a fortiori probatur in cap. rami a 6. in ordm. qui fil. sint legu. Tanta est vis matrimonij (inquit text.) vt, qui antea sunt geniti post contractum matrimonij legitimi habeantur, cui consonat l. 1. ad fin. titulo 13. partia quarta: si enim hæc est vis matrimonij, vt post ipsum contractum filij antea geniti legitimentur, a fortiori idem erit dicendum in filiis natis ex eodem matrimonio valido, & vero coram parcho, & testibus celebrato, quamuis deficiant denunciations.

CAPITVLVM LXXIV.

An filij incestuosi suscepti sub tractatu matrimonij contrahendi cum dispensatione Papa obtinenda, vel forte de facto iam contracti mala fide utriusque parentis, legitimetur quo ad temporalia, & successione maioratus extra terras Ecclesiæ per subsequens matrimonij, postea de nouo celebratum dispensatione Papa habente clausulam huiusmodi: prolem susceptam, si qua forte sit, & suscipiendam legitimam decernendoclaramus?

SVM MARIVM.

- 1 Filij incestuosi suscepti sub tractatu matrimonij contrahendi cum dispensatione Papa obtinenda, vel forte de facto iam contracti mala fide utriusque parentis an legitimetur, quo ad temporalia, & successione maioratus extra terras Ecclesiæ per subsequens matrimonij, postea de nouo celebratum dispensatione Papa, cum clausula de qua hic, & per totum caput, præcipue num. 13. & 19. cum sequentibus.
- 2 Legitimitas proles facta per Papam inter consanguineos vel affines, inter quos dispensat ad contrahendum matrimonium, cessat & locum non habet, si ipsam matrimonium secum non fuerit.
- 3 Proles effectus legitima ex matrimonio nullo sequatur dispensatione Papa, quous in ea vultur Summus Pontifex verbo legitimationis proles secum fuerit, vt verbo dispensationis.
- 4 Papa circa ea qua sunt de iure positivo habet potestatem illa reuocandi ex tunc, id est retro, idem est in legitimatione Papa etiam quoad honores seculares, vt in num. 5.
- 6 Papa potest tollere constitutionem iuris posterioris quoad effectum præteritum, & num. 7.
- 8 Papa potest legitimare aliquem quoad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticam, secum respectu iuris iam alij acquisiti ex hereditate alterius, vt in num. 9. & 10.
- 11 Papa dispensatio in radice matrimonij potest legitimare filios spurios antea natos, vt iudicio clausula prolem susceptam, &c. Et quando dicatur dispensare ad radicem matrimonij, num. 20. & quando non, num. 22. & 23. & 33.
- 12 Filius ex cotu damnato, & nefario natus si rescripto Principi legitimetur, an absolute, & per omnia legitimum efficiatur?
- 14 Filius legitimatus per subsequens matrimonium an succedat in maioratu, in quo vocati sunt specifice filij nati ex legitimo matrimonio, & non alij.
- 15 Filius legitimatus ex Principi rescripto in amplissima forma, an excludat alios consanguineos vocatos ad successione quoruncunque bonorum.
- 16 Filius legitimatus substitutum excludit.
- 17 Legitimus nihil differunt a legitimis.
- 18 Legitimus est vere legitimus, & non secundum fictionem.
- 21 Legitimitas proles operatur quoad spiritualia, non quoad temporalia, & latius hic declaratur.
- 24 Legitimitas filiorum duplex est, vt hic.
- 25 Legitimitas filiorum a Principe facta ad hoc vt sufficiens sit, debet fieri Principi mentio defectum præcedentis, & numero 32.
- 26 Legitimitas filiorum, vel dispensatio a Papa facta non est extendenda in præiudicium tertij, nec successorum, nisi expresse hoc cauerit Princeps, vt in n. 32.
- 27 Filius legitimatus non comprehenditur sub vocatione filiorum legitimorum, & num. 28.